



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

De Gloria in excelsis Deo, & Dominum vobiscum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Deum hominem factum videre quam ardentissime exoptabant. *Obsecro Domine, ingeminabat Moyles : Mutte, quem missurus es.* Jacob Patriarcha jam moriturus hoc nixus desiderio & spe Gen. 49. laetius mortem oppetiit dicens: *Salutare tuum expectabo Domine, ejusque videndi aviditate totus quantus accensus Ilaias clamabat: Utinam disrupteris calos, & descenderes. Item: Rorate celi de super, & nubes pluant justum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Il. 45. David quoque Ps. 84. ingeminat: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum,* id est Salvatorem nostrum, *da nobis.* Hujusmodi gemitibus Scriptura plena est, quibus Deum in terra ambulantem Sancti videre desiderabant, utque e cælis descenderet, enixissime postulabant. Ad horum ergo imitationem Sacerdos celebrans, & quivis alias Missam audiens viva videndi Iesum Christum Dominum nostrum, qui salus, remedium & vita nostra est, excitet in se desideria, leque illâ consoletur spe, brevi illum se in Altari & visurum & adoratum in ænigmate, & post hanc vitam de facie ad faciem.

*De Gloria in excelsis Deo, & Dominus vobiscum.*

**N**ato Salvatore in stabulo Bethlemitico circa noctis medium [ dum tenebris involuta omnia physicè, & moraliter respectu humani generis tenebris ignorantiae circa unius ac veri Dei cultum consepulti ] luce cœlesti Pastores illu-

illuminante illis dixit Angelus Luc. 2. Ecce evan-  
gelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vo-  
bis hodie Salvator, qui est Christus Dominus. Et  
assumptâ secum magnâ Angelorum multitudine  
cælestè hoc canticum simul cum aliis modulari  
cœpit: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax*  
*hominibus bona voluntatis.* Quod deinde Ec-  
clesia sic prosequitur: *Laudamus te, benedici-  
mus te, &c.* Quâm dolendum hæc & similia sæpè  
in Missa & dici & audiri sine debitæ devotionis  
ac exultationis gustu. Non ero tam tepidus  
mi Domine. Persuadebo mihi lætum nati Sal-  
vatoris nuntium toties mihi afferri ab Angelo,  
quoties Missam vel dicam vel audiam; eò quod  
paulò post videbo & adorabo accidentibus co-  
pertum, quem olim Pastores viderunt, & ado-  
rarent pannis involutum. Hæc verba *Dominus*  
*vobiscum* post hymnum dictum in hujus me fidei  
veritate confirmant. *Emmanuel enim Messias*  
*nominandus erat, quod tantundem sonat ac*  
*vobiscum Deus.*

*De Oratione seu Collecta ante Epistolam, & alia  
post Communionem dici solitâ.*

**S**acerdos in oratione tûm suo tûm totius po-  
puli & universæ Ecclesiæ nomine varia à  
Deo pro temporum diversitate & pro necessita-  
tum occurrentium exigentia dona & beneficia  
petit, quæ Sacrum audiens cum ipso orare de-  
bet, vel si non intelligat, ad Sacerdotem se refe-  
rat, qui omnium nomine petit. Idque cum eo  
ma-